

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Thesaurus armorum spiritualium ultimo mortis conflictui
comparatus et collectus - Cod. Donaueschingen 352**

Villingen, Benediktinerkloster St. Georgen im Schwarzwald, 1733

"Precatio agonizanti accomodata [...]"

[urn:nbn:de:bsz:31-93309](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-93309)

62
 O! Aeternae, et Misericors Deus!
 per Amorem tuum te Oro, ut
 mihi dones, et tribuas, quò constanter
 in vera, Sincera, Catholica et
 Christiana fide perseverem, eaqz
 Aralucente, ad Aeterna gaudia
 perveniam. Memento mei, et curam
 mei habe, qui iam in Regno tuo
 vivis, ac dominaris sine fine.
 Amen.

Precatio Agonizanti accommo-
 data.

Deus misericors, Deus Clemens,
 Deus, qui secundum multitudi-
 dinem miserationum tuarum
 peccata poenitentium deles, et
 praeteritorum criminum culpas ve-
 niam Remissionis evacuas: Respice

63.
 Propitius Super hunc famulum
 tuum, et remissione sibi omnium
 peccatorum suorum totâ cordis
 confessione poscentem deprecatus
 exaudi.

Renova in eo piissime Pater,
 quidquid terrenâ fragilitate
 corruptum, vel quidquid diabo-
 lica fraude violatum est, et Unit-
 tati Corporis Ecclesie, membrum
 Redemptionis annecte; Misere
 Domine gemitum, misere lachry-
 marum eius, et non habentem
 fiduciam, nisi in tua Misericordia,
 et eum ad tua Sacramentum
 Reconciliationis admitte. Per Christum
 Dominum nostrum; Amen.

Alteri:
 O! Clementissime Domine Jesu Christe

64.
 qui pro nobis in Cruce mori dignatus
 es, te precamur, ut omnes tuas
 passionem, et amaritudines, quas
 pro nobis miserrimis in duro
 ligno Crucis tulisti, praesertim,
 quando sanctissima Anima tua
 de Virgineo, et purissimo habita-
 culo sui Corporis egressa est,
 offerre, et ostendere digneris
 Deo Patri Omnipotenti, contra
 omnes poenas, et passionem servi
 tui, et liberare eum digneris
 in hoc suo transitu, ab omnibus
 passionibus, et poenis, quas pro
 peccatis suis, se contraxisse
 timet

Tertio.

Domine Jesu Christe, qui redde-

demisti no
 Sanguine
 tui partit
 tua duc
 gloriosissim
 Ascensionis
 In ca
 Mysterioru
 tuorum.
 beneficioru
 sia tua sa
 dictionum,
 et gaudiu
 rum tuoru
 ab initio
 ei, ut cu
 conspectu
 rum.

demisti nos preciosissimo tuo
 Sanguine, fac animam famuli
 tui participem, Sacratissima
 tuae Incarnationis, Passionis,
 gloriosissima Resurrectionis, et
 Ascensionis.

Fac eam Domine participem
 Mysteriorum, et Sacramentorum
 tuorum, Orationum, et omnium
 beneficiorum, quae fiunt in Ecclē-
 sia tua Sancta, Omnium bene-
 dictionum, gratiarum, meritum
 et gaudiorum omnium Electo-
 rum tuorum, qui tibi placuerunt
 ab initio Mundi, et concede
 ei, ut cum his omnibus in
 conspectu tuo gaudeat in aeter-
 num.